Nos D. Fr. Martinus de Vera Sacrę theologię Magister, Abbas Regij Monasterij B. Marię de Beruela Cisterciensis ordinis Diocesis Tirasonensis Propositionum fidei Censor, Reginę Aragonum Cappellanus Mayor Sacellanorum que eiusdem ab Eugenio quarto Preses ac Iudex &c. Cum ex summorum Pontificum decretis, et Vsu nostrę Religionis Congerus professioni Nouitiorum debeant informationes de Conditione Persong, honestate Morum, et Natalium puritate precedere. Et Petrus Sallent filius, ut dicitur, Doctoris Francisci Sallent et Caterinę Navarres Incolarum Ciuitatis Burgię, Sacri ordinis hauitu et professione solemni enixe appetat adornari, id circo cum alias hoc inquirendi munus per nosmet iustis de causis implere comode non valeamus. De prudentia et celo R.di admodum P. Fr. Philippi Lizarbe nostri Monasterij monachi plurimum in Dño confidentes tenore presentium ipsum creamus et constituimus plenarie Comisarium, ut nostro nomine per testes idoneos et Iuratos a Iudice ordinario vel alia quauis persona competente predictę Ciuitatis Burgię prout expedierit electos de conditione Personę, morum honestate et puritate nattalium prefati Petri Sallent Iuridice in grauibus et in omnibus deuite, ut speramus inquirat. Vt autem hec comodius et exactius impleantur et ut stet in omnibus precipue substantialibus Summorum Pontificum Sixti V. Gregorij xiiij. Pauli V. et Vrbani Viij. Decretis nostrę que Congregationis Usibus tam diu laudabiliter continuatis sequentes ei prefigimus interrogatorios articulos quos Vltra citraque dictus Commissarius procedere non vallebit.

1 Si conoçe a Pedro Sallent natural de Borja y cuyo hijo sea.

2 Si saue que dho Pedro Sallent es hijo legitimo de los sobre dhos y por tal tenido, criado y alimentado.

3 Si saue que dho Pedro Sallent sea hombre de buena salud sin viçios notables en su cuerpo ni obligaçion de deudas que conforme su posibilidad no pueda pagar.

120